

Persona & proprietas Characteristica differant. ut subsistentia & modus subsistentiae: ὑπαρξίς καὶ τὸ πᾶν τῶ ἀρξίως, uti Iustinus loqui solet.

CAPVT TERTIVM.

De æterna Generatione, & Divinitate Filij Dei.

Pater.

66. Cùm de Persona Patris quæ disertè DEVS nominatur, Ioh. 17, 3. & 1. Cor. 8, 6. nulla certamina peculiariter & in specie sint mota: nisi quatenus in genere nonnulli hæretici oppugnarunt totam Trinitatem, ut Patripassiani: quorum tamen opinio sua & impietate & futilitate concidit; ideo de Filij persona insequentem disputationis partem esse volumus.

67. Duobus tamen quasi πορίσμασι universam de DEO Patre questionem includimus: I. non κατ' ἀνθ' ἑωσὸς ἀθερίας, sive per alium quæpiam Tropum, sed propriÿssimè primam personam Patris nomine appellari, à proprietate Interna, respectu Filij, quem ab æterno genuit sibi ὁμοῦσιον.

68. II. Denominationem istam eidem competere, non ratione talis alicuius propriÿ, quo ab una duntaxat persona distinguatur: quale est, ἐγγενήτων Ingenitum esse: id quod Spiritui etiam

iam